

60

OPTIMVM
GENERIS HVMANI
SOSPITATOREM

A
POPVLARIBVS SVIS,

STATIM A SVA NATIVITATE,

REPVDIATVM,

IPSO DIE, NATALIBVS EIVS SACRO,

A. O. R. M D CCL.

RELIGIOSA MENTE AD SE INVITANT

SCHOLAE CATHEDRALIS, QVAE NVMBVRGI EST,

ALVMNI, CLASSI I.

ADDICTI,

VERBA PRAEVNTE

IOANNE ANDREA TÜCKHARD,

BEVRENFELDO-ISENACENSE.

VVEISSENFELSAE,

LITTERIS RICHTERIANIS.

60.

AK

Positum non hostis, non invaderet
 Intraeant fratres, et fratres intraeant
 Ingredi oblitus, et propter
 Diamantem, et
 Hugo —
 POSITUM CORIEM
 HOMINIBVS SAVI
 ETATIVITAS AVSA MITATIS



IOAN. I. II.

A estuat insolito Bethlemitica terra tumultu,
 Et varii studis concita turba tremit.
 Vndeque Iudaea cœunt tellure frequentes,
 Quicis olim Bethiae rusue, domusue, fuit,
 Quisque suas ciuis componit, et instruit, aedes,
 Ut sint hospitibus tecta parata suis.
 Hosptio recipit lacatus amicus amicum,
 Coniungunt dextras, caraque colla fountent.
 Hos videoas sociare domos, sociareque mensas,
 Hos videoas lautis luxuriare cibis.
 Qui modo cunque venit, videt hospita tecta parata,
 Atque torum, placide quo requiescat, habet.
 Venerat ignotus, contemtus, pauper, et aeger.
 Viderat hic, posse quam subiisse, domum.
 Hos inter nec opinus adeo Davidicus Heros,
 Heros, quem quaevis pagina sacra canit,
 Spes populi, tardata diu, prece saepe vocata,
 Vnum praesidium gentis, et vna salus,
 Rex caeli terraeque potens, quique aequoris vndas,
 Lucidaque artifici condidit astra manu,

Omnia qui seruat, qui temperat omnia nutu,
Omnia munificus qui recreare studet.
Is venit, ut ciues clementer visitet; hosque
Dives opum immensis vult cumulare bonis.
Huic non hospitium videoas, non tecta relicta,
Non, hunc officiis qui meruisse velit.
En! vacat armento stabulum, pecoriisque, paratum,
Et praeseppe vetus, stramina dura tenens.
Mittitur huic tantus, nempe haec loca digna videntur,
Hospes, ei stramen molle cubile satis.
Non vestros sumius, non vestra incommoda, querit
Ille, nec hoc spernit conditus esse specu.
Non amar esse grauis: tam mira modestia mentis,
Tam placidimores; infima quaeque iuvant.
Appropriate, illi bona pectora fert, precesque
Fundite, pingue pii thus adolete Deo.
Nemo venit: variis curis operantur; at istuc
Rex regum spretus, pauper, inopsque, iaceat.
Aspicit aetherea Pater hoc a fede, pigrasque
Mortales mentes, pectora caeca, dolet.
At ne tam rari sit muneris inscius orbis,
Neu lateat populum tam veneranda salus:
Ipse suum immeritis natum declarat, et orbem,
Quae sua sit bonitas, qui sit amorque, docet.
Angelus, excelfo delapsus ab aethere, Bethiae
De praecente Deo nuncia grata canit.
Accinit aerius, caelosibus omnia complens
Luminibus, dulci carmina voce chorus.
Auribus haud, Bethlema, tuis ea gaudia carpis,
Namque graui somno tota sepulta iaces.
Ait in agro vilis, qui seruat ouilia, pastor
Primus tanta sua gaudia mente babit.
Obstupet, et meritos, bone rex, TIBI soluit honores,
Atque TVVM supplex numen adorat homo.
Te veneratus abit, rerum miracula vulgans,
Sed testataminus sunt ea, Bethla, TIBI.

Ecce! magi eōi veniunt, duce fidere claro,
Non detrectantes taedia longa viae,
Iudacaeque nouum regem, res mira! salutant,
Et venerabundi, cum prece, thura litant.
Haec oculis, Iudea, tuis, haec auribus, hauris
Quidni praeſentem tu venerare Deum?
At te non bona tanta mouent, Bethlemitica terra,
Ac te conturbant, sancta Solyma, metu.
Barbarus, infandum! TIBI vim meditatur, et arma,
Nate Deo, Herodes, exitiumque struit.
Heu! fuge non dignam patriam, gentemque nefandam.
Sunt alia terrae, sunt, ubi gratus eris.
Huc propera, hospitio TIBI nos coniunge, libensque
Ut non ampla satis, sic pia, tecta subi.
Pectora nostra TIBI componimus, omnia longe
Eiicimus, sancto quae TIBI grata minus.
Quidquid amas mentes ornabit, vt indicat gemma,
Non fucatus amor, non temerata fides.
O Tu, cui patrii non magnificentia caeli
Tanti erat; haud regni sceptra, thronusque, TVI,
Vt miseris terris TE, ductus amore, negares;
Vilis ne famuli pectora sperne TVI.
Hacc TIBI sint solium, TIBI sint regalia tecta,
Infirma in cineres dum mea membra cadent.



78 M 496

ULB Halle
001 618 148

3



TA-206

107





OPTIMVM
 GENERIS HVMANI
SOSPITATOREM
 A
 POPVLARIBVS SVIS,
STATIM A SVA NATIVITATE,
 REPVDIATVM,

IPSO DIE, NATALIBVS EIVS SACRO,

A. O. R. M D CCL.

RELIGIOSA MENTE AD SE INVITANT

SCHOLAE CATHEDRALIS, QVAE NVMBVRGI EST,

ALVMNI, CLASSII.

ADDICTI,

VERBA PRAEFVNTE

IOANNE ANDREA TÜCKHARD,

BEVRENFELDO-ISENACENSE.

VVEISSENFELSAE,

LITTERIS RICHTERIANIS.

60.

